Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda Ecclesiae Paderbornensis

Dietrich <Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1602

Formula generalis qua Parochi ante & post concionem vti poterunt.

urn:nbn:de:gbv:23-drucke/s-483a-2f-helmst3

Visual Library

FORMVLA GENERALIS QVA PAROCHI ANTE & poſt concionem vti poterunt.

I.

Ante concionem faciant ſignum Crucis, dicendo:

Im Namen des ✠ Vatters / vnd des ✠ Sohns / vnd des Heiligen ✠ Geiſts / Amen.

II.

Citent Euangelicam aliquam ſententiam Latinè & Germanicè.

III. Incipiant

GNad / Fried vnd Barmhertzigkeit von GOtt dem Himliſchen Vatter ſeinen einigen gebornen Sohn Jeſu Chriſto / ſampt dem Heiligen Geiſt / ſey vnd bleib mit vns / von nun an biß in ewigkeit. Amen.

IIII.

Die Wort ſo ich E. Lieb vnnd Andacht vermeldt habe / ſeyn gezogen auß dem heutigē H. Euangelio / ꝛc. von welchen etwas weiters zu vnſer aller Geiſtlichen aufferbawung / Troſt vnd Lehr zu reden / willen wir einhelliglich die Gnad Gottes begehren / vnd ſprechen ein andechtiges Vatter vnſer / vnd ein Engliſchen Gruß / ꝛc.

V.

Poſt orationem legant Euangelium præmiſsis hiſce verbis.

Zeichnet euch mit dem Zeichen des heiligen Creutz / vnd höret das heilig Euangelium / welches vns beſchreibt der heilig Euangeliſt vnd Cantzler Chriſti N. vnd ſtehet in dieſen nachfolgenden Worten.

Finita concione.

I.

WEil wir dann im HErrn verſamlet / ſein gnadenreiches heylſames Wort haben angehört / ſo laſt vns abermain zu dem Thron der Gnaden vnſere Hertzen wenden / vnd die heilige hochgebenedeyte Dreyfaltigkeit auff das allerdemütigſt anruffen / auff daß der außgeworffen Same Göttliches Worts / möge in vnſern Hertzen hundertfeltige Frucht bringen / heilſamlich wachſen / gedeyen vnd zunemmen / damit wir in der Gnaden Jeſu Chriſti vnſers Heylands / geſterckt in dem Weg vnſer Pilgerfahrt nit erligen / ſonder beharrlich wandern in das ewig Vatterlandt.

II.

Laſt vns auch inniglich bitten für vnſere von Gott fürgeſetzte Oberkeit / Geiſtlich vnd Weltlich. Für Päbſtliche Heiligkeit. Für Keyſerliche Maieſtet. Für vnſeren Hochwirdigen vnd Gnedigen Landfürſten vnd Herrn. Für ſeine Ehrwürdige vnd hochweiſe Stendt / ſamptliche Räth / Cleriſey / Burger vnd Vnderthanen dieſes Stiffts / daß Gott dieſelbige genädiglich wölle bey einer langwirigen fridlichen vnd Gottſeligen Regierung friſten vnd erhalten / ſie auch an Leib vnd Seel mit aller Glückſeligkeit begaben / auff daß ſie in allen Dingen dem Willen Gottes beſtendig nachſetzen / vnd alſo zu letzt das ewig Leben mögen erhalten. Solches zu erhalten laſt vns mit aller andacht ſprechen ein Vatter vnſer / vnd Ave Maria ꝛc.

III.

Recitent generalem confeſsionem.

De prædicandi munere.

Ich armer ſündiger Menſch widerſag dem böſen Feind/ allem ſeinen eingeben Rath vnd That. Ich glaub in Gott den Vatter/ in Gott dē Son/ vnd in Gott den Heiligen Geiſt. Ich glaube gäntzlich was die gemeyne Chriſtliche Kirch befilcht zuglauben. Mit dieſem heiligen Catholiſchē Glaubē beichte ich/ vñ bekenne Gott dem Allmechtigen/ Mariæ ſeiner Hochwirdigen Mutter/ allen lieben Heyligen/ vnd gib mich ſchüldig/ daß ich von meinen Kindlichen Tagen an biß auff dieſe gegenwertige Stundt/ offt vnd viel geſündigt hab/ mit Gedancken/ Worten/ Wercken/ vnd vnderlaſſung vieler guten Wercken/ wie dann ſolches alles geſchehen iſt heimlich oder öffentlich/ wiſſentlich oder vnwiſſentlich/ wider die Zehen Gebott/ in den ſiben Todſünden/ an den fünff Sinnen meines Leibs/ wider Gott/ wider meinen Nechſten/ vnd wider das Heyl meiner armen Seel. Solche vnd alle meine Sünd ſeynd mir leyd von Hertzen. Bitte darumb demütiglich dich ewigen/ barmhertzigen Gott/ du wolleſt mir dein Göttliche genad verleyhen/ mein Leben friſten ſo lang/ biß daß ich hie alle meine Sünd möge beichten vnd büſſen/ deine Göttliche Huld erwerben/ vnd nach dieſem ellenden Leben/ die ewige Frewd vnd Seligkeit erlangen. Derhalben klopffe ich an mein ſündiges Hertz/ vnd ſpreche mit dem offenen Sünder: O HERR Gott biß gnedig mir armen ſündigen Menſchen/ Amen.

IIII.

Dent generalem abſolutionem Latinè vel Germanicè.

Miſereatur veſtri, &c. Indulgentiam abſolutionem & remiſsionem omnium peccatorum veſtrorū, tribuat vobis omnipotens & miſericors Dominus.

V.

Vltimo. Annuncient Feſta, vel alia quæ occurrunt populo denuncianda.

SI quando autem de ſanctis agendum fuerit feſtiuis illorum diebus, fidelem populum memorem faciant beneficiorum quæ per Sanctos collata ſunt, oſtendantq; ex probatis auctoribus, quanta per eos Dei miracula & exempla oculis fidelium ſubijciantur vt his quaſi ſtimulis excitati, inſtaurmentur ad virtutes, refrænentur à vitijs: tum verò etiam doceant, quemadmodum eos venerari eorumq; interceſſionem petere debeant.

Omnis Parochorum opera cum decenti grauitate in ijs verſetur, quibus auditores doceant intima cordis pietate Deum colere & quod cum eo coniunctum eſt, mandata eius & Eccleſiæ præcepta ſanctè & integrè obſeruare. Magiſtratui & præpoſitis ſuis obedire. Hoc autem quo facilius aſſequantur crebrò ad ſanctiſſimorum ſacramentorū vſum, pœnitentiæ ſcilicet & Euchariſtiæ cohortentur.

Quoniam autem paruulorum & rudiorum ſingularis habenda eſt ratio, in fidei myſterijs & vitæ præceptis inculcandis, laudabile eſſet, in pagis præſertim, vbi ſcholæ non ſunt, ſi Parochi zelo animarūm inflammati, è ſuggeſtu, quando communiter orandum eſt, clara & intelligibili voce recitarent Pater noſter. Aue Maria, idq; vernaculo ſermone. Deinde Dominicis & Feſtiuis diebus à meridie Rudimenta fidei traderent, ſumpta eius rei norma ex Catechiſmo ſub finem z Agendæ iuſſu Reuerendiſſimi Principis noſtri ad hunc vſum collocato.

Præfecti Magiſtratus Prætores aliiq; quibus id incumbit, in his quæ ad cultum Dei retinendum & augendum pertinent, authoritatem ſuam, à parochis præſertim moniti interponant, vt turba otioſa & malè feriata, tempore diuinorum officiorum è tabernis, è foro, è plateis abigatur & compellatur diuinis vſq; ad finem intereſſe, pœna in tranſgreſſores cōſtituta. ne in hac parte infidelibus & hæreticis remiſſiores inueniantur.

Sint

De prædicandi munere.

Sint Parochi quoq; prouidi, ne aliquem vel apertè vel tacitè è ſuggeſtu perſtringant nominatè, ſed omnia prudenter eò dirigant, vt auditores intelligant non hominũ ſed peccati odio cuncta dici. Porrò eos, qui in ſublimiori honoris gradu poſiti ſunt, acerbius ne tangant quidem, ſed leni potius & plena charitatis cohortatione vel commiſeratione eos ſui officij memores faciant. In vitijs autem exagitandis vehementia ſemper adhibenda eſt.

Eorum quæ docent, lumen præferant fideli populo virtutis & innocentiæ. Oues ſuas præcedant & certum ac directum ad cœlum iter ſimul ingrediantur adeoq; exemplo ſuo commonſtrent. Nihil enim maiorem hodie parochorum contemptum parit atq; eorum in vita turpitudo & in moribus impuritas & leuitas.

Itaq; quod caput eſt, in eo Parochi omnem curam & cogitationem ſuam dies noctesq; ponant oportet, vt caſta & pura mente corporis caſtitatem iugiter ſectentur, cogitantes paratas à diuina iuſtitia pœnas minimè defuturas ijs, qui corpora ſua Chriſto & æternæ pudicitiæ conſecrata, caſta puraq; non conſeruarint. Non igitur concubinas ſolum, ipſas impudicitiæ ſordes, ſed etiam quaſcunq; mulieres, de quibus vel ſuſpitio haberi poteſt, æternæ vitæ amore à ſe remouere ſtudeant.

Libros neceſſarios habeant vt Breuiarium, quod quotidie deuotè recitent, vtpote mortali culpæ obſtricti, quoties citra legitimam cauſam omittunt. Biblia item, Concilium Tridentinum, Catechiſmum Romanum, Catechiſmum Caniſij Maiorem, vnum vel alterum in nouum Teſtamentum ex patribus commentatores & Homiliarios quos vocant pro Dominicis & Feſtis, Compendium de vitis Sãctorum Surij vel Haræi. Nauarrum vel Toletum pro caſibus conſcientiæ. Enchiridion Theologiæ Paſtoralis Petri Binsfeldij, &c.

Conficiant ſibi peculiarem librum, qui inſtar Catalogi ſit, omnium fidei ſuæ commiſſorum, maximè patrum & matrum familias, in quo tanquam in ſpeculo vultum ſui pecoris vno quaſi complexu intueantur norintq;, quos errantes reducere, quos pigros excitare, quos egenos & afflictos conſolari iuuare & diuitibus commendare opus ſit.

Rixas odia & ſimultates tollere ſtudeant, animi manſuetudinem potiſſimum erga peccatores oſtendant, ne dum mederi cupiunt, auſteritate intempeſtiua impudentiam & deſperationem vel etiam contemptum inijciant. Sæpè enim beneuolentia plus efficit quam comminatio, plus charitas quàm poteſtas. Cauendum tamen ne nimis ſint faciles & familiares atq; ita ſuam æxiſtimationem in contemptum adducant, quod fieri ſolet recreationibus corporis etiam non malis, iocis, facetijs, ſolutiore animo exhibitis.

At cogitent ſecumq; reputent, quantam labem ſibi aſpergant & quam atras tenebras ſuo honori offundant, qui tabernas adeunt, ad æquales hauſtus prouocant, ludunt, ludentesq; ſpectant, ridicula interponunt, vagantur, curſitant, choreis & tripudijs ſe adiungunt. Hæc & ſimilia efficiunt, vt non ſolum auctoritas omnis parochorum ſed etiam fructus animarum funditus conculcetur & pereat.

Reliqua quæ in hac re prouidenda eſſe videntur, ſequentibus informationibus Sacramentorum paſſim inſerta ſunt. Reſtat igitur vt nihil horum ſegniter, ſed omnia inſigniter expediant præſtentq;, quo tandem poſtquam hiſce laboribus pro Chriſti gloria & animarum ſalute perfuncti, diem ſuum obierint, digni ſint, qui cum Chriſto principe paſtorum æuo ſempiterno perfruantur.

* * *